





PROGRAMMA

IO. CASP. HEIMBURGII D. ^{15.} 1743, 9

PROFESSORIS CODICIS ET NOVELLARVM ORDINARIJ
CVRIAE PROVINCIALIS FACVLTATIS IVRIDICAE
ET SCABINATVS ADSESSORIS
H. T. EX-DECANI

DE

IVRISDICTIONE
IN VASALLVM NONDVM IN-
VESTITVM IVRE SAXONICO
COMPETENTE

DISSERTATIONI INAVGVRALI

CLARISSIMI VTRIVSQVE IVRIS CANDIDATI
CHRISTOPH. GVIL. LVDOV. BOECKLEN
REGIOFONTANO-WÜRTENBERGICI

DE

COMMISSARIO IMPERIALI
IN CAVSSIS FEVDALIBVS
PRAEMISSVM.

IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI.

PROGRAMMA

IO. CASP. HRIMBERGII D.

PHYSICAE ET MATHEMATICAE
CIVILIS INGENIERIAE
ET AERONAUTICAE
P. I. I. I.

IVRISDICTIONE

FRASILLVM ZONDVM IN

VESTITVM VNR SAXONICO

COMPTENTIT

INSTITVTVM INGENIERIAE
CIVILIS ET AERONAUTICAE
PHYSICAE ET MATHEMATICAE
P. I. I. I.

COMMISSARIO IMPERIALI

IN CAUSIS FEVDALIBVS

INSTITVTVM INGENIERIAE
CIVILIS ET AERONAUTICAE
PHYSICAE ET MATHEMATICAE
P. I. I. I.





* * *

QUOMODUM in curiis Saxonis, utrum vassallus, antequam a Domino in fidem acceptus est, pro Landsassio haberi et apud feudi Dominum ex iure in personam competente cum eo agi queat? nonnunquam disceptatur: ita de hoc argumento nonnulla praefari in praesentiarum placet. Non vna eademque est hac in re magni nominis Iudiciorum sententia. Alii Landsassiatum feudali quidem vinculo constitui, sed eundem, nisi domicilium accedat, admodum circumscriptum esse, et ad bona modo in feudum data pertinere, sicque in actionibus, quae ex obligatione proficiscuntur, locum haud inuenire contendunt *a)*. Et hi quidem Landsassium non naturalem, particularem, secundum quid, vel certae causae subditum adpellant *b)*, vel subditi realis nomen illi imponunt. Cui sententiae adstipulatur STRAVCHIVS *c)*, eamque in rem his verbis utitur: *contrarium illi*

) (2

a) HERT. *conf.* 166. num. 2.

b) vid EYBEN. *elect. iur. feud.* cap. II. §. 17.

c) *Spec. iur. publ. lib. I. tit. 29. §. 8.*

illi ICTorum Saxoniorum sententiae videri sibi rationi et aequitati conuenientius, quoniam territorialis potestas et iusiurandum subiectionis terminos suos egredi non debeant. Alii vasallum domicilio et incolatu Landsassiatu vinculo obstringi docent d). Alii forenses quoque variis modis, per consuetudinem vel legem provinciae introductis, Landsassii qualitatem induere tradunt, eoque referunt mores, quibus cauetur, vt quisque bonorum acquisitione sub imperium ditionemque Domini directi cadat e). Dari autem apud Germanos eiusmodi statuta, variis in locis valide recepta, et longo vsu confirmata, iisque standum esse GAILIVS tuetur f). Iam inquiramus, an in Saxonia vasallus sola fundi feudalis possessione Landsassius fiat et in omnibus actionibus siue in rem, siue in personam competant, in Domini directi curiis forum sortiatur? Et putem eos omnino rite calculum subducere, qui hanc rem praedii, quod possidetur, conditione metiuntur. Landsassiatu enim consistit in certa praedii qualitate, quae efficit, vt illud sine subiectionis onere possideri non queat g);
 vel,

d) VITR. *inst. iur. publ. lib. 1. tit. 22. §. 6.*

e) LEYSER. *in diff. de Landsass. Schriftf. et Amtsass. §. 23.*

f) *de arrest. cap. 7. num. 8.*

g) SCHILT. *in exerc. ad Pand. diff. de Landsass.*

vel, vt LEYSERVS *h*) eundem describit, nihil aliud est, quam subiectio respondens imperio, siue superioritati certis territorii limitibus circumscriptae. Eos igitur, qui possessionem fundorum, intra Saxoniae limites sitorum, adquirunt, imperio Domini directi subiectos et obnoxios reddi non est dubitandum *i*). Idque verum est, siue in territorio, siue extra illud sedem fortunarum fixerint. *k*). Quibus constitutis prono alueo fluit Landfaffios ad homagium siue iuramentum subiectionis omnino teneri *l*). Hoc iusiurandum autem vti ob Landfaffiatum per possessionem iam constitutum praestari debet: ita vassallos iuramento demum praestito Landfaffios fieri fideque nondum data pro subditis non haberi minime existimandum est. Innititur haec fori species variis Germaniae et inprimis Saxoniae institutis *m*), nec non obseruantia et vsu immemoriali *n*).
 Vnde

)(3

h) in cit. diff. de Landfaff. §. 21.

i) Ill. BÖHM. part. 2. conf. 96. num. 13. et seqq. RICHT. vol. 2. conf. 2. num. 12. et seqq.

k) vid. diff. de foro compet. vassal. et simultan. inuestit. sub. Ill. MENCK. praef. hab. sect. 3. §. 3.

l) B. STRVV. in diff. de iure Landfaff. in Thuringia sect. 1. §. 11. SCHILT. cit. loc.

m) I. P. S. lib. 3. art. 25.

n) cit. diff. Ill. MENCK. sect. 3. §. 1. et seqq. COLERVS proc. exec. part. 2. cap. 1. num. 43.

Vnde a vero aberrant, qui laudatos Land-
 fassiatu effectus ex l. 17. §. 13. ff. ad municipal.
 in dubium vocare conantur: Latii enim iure
 cum Germani modo in subsidium vtantur,
 profecto ius patrium ideo, quod Romani il-
 lud ignorarunt, reiicere a ratione alienum
 est. Interea adhuc notandum, quod ea
 possessio, de qua hactenus actum, domicilio
 a ICTis Saxonis haud immerito equiparetur
 o). Sicuti autem in foro domicilii cum
 reo in rem atque ac in personam iure agi-
 tur: ita in Saxonia, ob solam possessionem,
 quamcunque vasallo actionem intendere
 actori integrum est. Pone igitur a venditore,
 re post contractum perfectum tradita, in cu-
 riis emti actionem aduersus feudi emtorem
 institui, eaque pretium peti: certe emtorem,
 qui possessionem feudi, intra terminos Saxo-
 niae siti, adquisiuit, quamuis a Domino non-
 dum inuestitus sit, in ius ire curiaeque co-
 gnitioni se submittere oportet. Sufficiant
 hac pauca, quae de argumento huius scri-
 ptionis disserui. Res alio tempore ple-
 nius erit indaganda. In praesentia, vt tra-
 dita a maioribus feruetur consuetudo, vita
 est exponenda.

CLARIS-


o) *vid. cit. diff. Ill. MENCK. §. 3.*

CLARISSIMI SVPREMORVM
IN IVRE HONORVM
CANDIDATI NOSTRI
CHRISTOPH. GVIL. LVDOV.
BOECKLEN.

IN lucem progenitus est noster Regiofontii, vico in
ducatu Württembergiae sito, anno MDCCXX, patre
CHRISTOPHORO LVDOVICO BOECKLEN, tum offi-
cinarum ferrariarum Würtbergicarum Praefecto, et
postea metallifodinarum in sylua bercinia Directore;
matre MARIA CATHARINA HEPPLENA, femina
bonestissima. Prima parentum cura fuit, vt nostri ani-
mus ad religionis et virtutis praecepta variaque do-
ctrinarum genera rite erudiretur, eoque fine fidei
praeceptorum domesticorum eundem commiserunt. Et
cum fidelissima institutione per aliquot annos felici suc-
cessu vsus esset ex optima parentis voluntate Tubin-
gam, inlytam in Württembergiae Ducatu Musarum
sedem, petiit, virosque ibi adiit clarissimos. Postquam
enim, Prorectore Magnifico, IOANNE FRIDERICO
MOEGLINGIO, albo civium adscriptus, praecepta
naturae, logica et metaphysica, duce Excell. IO. ADAM.
OSIANDRO pertractavit. His philosophicis disci-
plinis initiatus, ad iura transgressus, Excell. et Con-
sultiff. virorum HELFRICHII, HARPRECHTII, et
MOEGLINGII scholis egregio animi ardore interfuit;
nec

nec non PFAFFIVM Magnificum academiae Cancellarium iuris ecclesiastici protestantium principia tradentem diligenter audiuit. Anno MDCCXXXIX, Prorectore Magnifico HERM. FRIDER. TEICHMEYERO, in academiam nostram concessit et Illustribus atque excellentissimis viris IO. GEORG. ESTOR, CHRISTIAN. GOTTL. BYDERO, IO. GOTTFR. SCHAUMBURGIO, et IO. RVDOLPHO ENGAVIO sedulas aures praebuit. Quorum quidem doctrinis cum solidam acquisierit in iure scientiam, nobilissimae Docturae honorem modeste ambit, atque in utroque examine, quorum alterum tentamen, alterum examen rigorosum vocant, erudita textuum solutione et prompta ad quaestiones propositas responsione, suos profectus nobis omnibus probavit. Honestae igitur petitioni Candidati nostri locum dedimus, atque ut cathedram conscenderet et publicum peritiae iuris documentum ederet, lubentes annuimus. Huic vero actui ut Magnificus academiae Prorector, itemque Designatus Prorector Magnificus, patres academiae venerandi, et hospites omnium ordinum nobilissimi honorifica sua praesentia dignitatem conciliare ne grauentur perofficiose rogamus. P. P. Anno MDCCXXXIII. D. II. Aug.

(L. S.)



ULB Halle
005 039 770

3





PROGRAMMA

IO. CASP. HEIMBURGII D. ¹⁵
1743,9
11

PROFESSORIS CODICIS ET NOVELLARVM ORDINARIJ
CVRIAE PROVINCIALIS FACVLTATIS IVRIDICAE
ET SCABINATVS ADSESSORIS
H. T. EX-DECANI

DE

IVRISDICTIONE
IN VASALLVM NONDVM IN-
VESTITVM IVRE SAXONICO
COMPETENTE

DISSERTATIONI INAVGVRALI
CLARISSIMI VTRIVSQVE IVRIS CANDIDATI
CHRISTOPH. GVIL. LVDOV. BOECKLEN
REGIOFONTANO-WÜRTENBERGICI

DE

COMMISSARIO IMPERIALI
IN CAVSSIS FEVDALIBVS
PRAEMISSVM.

IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI.